Gleczmański Jacob. Joan. Cant.: Quaestio logica de substantia praedicamentali.

...czmański Jacobi Joan. Cantii

Quaestio logica de substantia praedicamentali.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO LOGICA

De Substantia Prædicamentali

Ex Libro 7mo Metaph: Textu 45to. & sequentibus

DEPROMPTA,

ac

SUB FELICISSIMO REGIMINE

Magnifici Perillustris & Admodùm Reverendi Dñi

D. M. STANISLAI PHILIPPOWIC,

Sacræ Theologiæ DOCTORIS & PROFESSORIS, Universitatis & Collegii Majoris SENIORIS PATRIS, Ecclesiarum Collegiatarum S. FLORIANI Clepardiæ ad Cracoviam DECANI, Curelovienfis SHOLASTICI, Parochialium Præmykoviensis PRÆPOSITI, in Igolomia CURATI; Alumnatûs Roszczeviani & Contubernii Staringeliani PROVISORIS, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis PROCANCELLARII & Vigilantissimi



RECTORIS,

à

M. JACOBO JOANNE CANTIO

GLECZMANSKI,

Philosophiæ DOCTORE & PROFESSORE.

Pro loco in Collegio Minori obtinendo Publicè ad disputandum In Lectorio CC. DD. Theologorum

PROPOSITA. ppp.

Annô Domini 1755to. Die 22. Mensis Januarii

QUÆSTIO LOGICA.

U. In Subſtantia Prædicamentali priori Accidentibus, rectè ab Ariſtotele per eſſe per ſe definita, in primam & ſecundam diviſa, ponatur DEUS? nec ne?

CONCLUSIO I.

Subſtantia eſt prior Accidentibûs, Naturâ, tempore, Definitione & Cognitione,

COROLLARIA.

I. *Subſtantia ideo eſt prior Naturâ, quia eſt Cauſa accidentium.*

II. *In tota Latitudine ſua Subſtantia præceſſit duratione omnium Accidentium exiſtentiam.*

III. *Subſtantia eſt prior Accidentibûs cognitione Intellectûs:*

IV, *Cognitione tamen ſenſûs Accidentia priùs cognoſcuntur quàm Subſtantia.*

V. *Sicut Cognitio perfecta & diſtincta Subſtantiæ dependet ex Cognitione clara accidentium. Ita Cognitio diſtincta Accidentium provenit ex Cognitione diſtincta Subſtantiæ.*

CONCLU-

CONCLVSIO II.

Substantia rectè definitur & constituitur per esse per se perfectè & completè.

COROLLARIA.

I. *Omnis Definitio essentialis fit per Rationem formalem primò Constitutivam sui Definiti.*

II. *Substantia quatenus contradistingvitur Accidenti & Substantiæ incompletæ, est ens per se completum.*

III. *Licet esse per se explicetur per non esse in alio, tamen esse in alio, non potest assignari pro Ratione formali & Constitutiva Substantiæ.*

IV. *Neq; substare aut subjici Accidentibus, pòtest assignari pro Ratione formali Substantiæ Prædicamentalis.*

V. *Essentia Substantiæ per se existere non semper Actum dicit sed etiam aptitudinem.*

CONCLVSIO III.

Divisio Substantiæ in primam & secundam est recta.

COROLLARIA.

I. *Divisum hujus Divisionis non est Substantia secundò intentionaliter sumpta, ut est Subjectum prædicationis sive Universale sive parculare*

II. *Divisum hujus Divisionis est ipsa Natura Substantiæ Prædicamentalis in diversos modos substandi divisa:*

III. Mo-

primam & secundam esse Accidentia rationis.

IV. *Divisio Substantiæ in primam & secundam licet sit Divisio Subjecti in Accidentia hoc tamen non obstat quò minùs sit Divisio quodammodò Analogi in Analogata.*

V. *Ipsa tamen Divisio Substaniæ non est propriè & rigorosè Divisio Analoga, sed solùm quodam modò & impropriè.*

CONCLUSIO IV.

DEUS non ponitur in Prædicamento Substantiæ.

COROLLARIA.

I. *Nec reductivè in Prædicamentali Substantia ponitur DEUS.*

II. *Nec in eadem Substãtia ponitur DEUS indirectè*

III. *CHRISTUS Dominus directè ponitur in Prædicamento Substantiæ.*

IV. *CHRISTUS Dominus ponitur in Prædicamento Substãtiæ, non ratione Personæ & Naturæ Divinæ, sed ratione assũptæ Naturæ humanæ.*

V. *Angeli directè ponuntur in Prædicamento Substantiæ.*



Hinc Honor Jlli

Qui licet non sit in Prædicamento Substantiæ, est tamen Enter, præsenter, ubiq; potenter.

Permissu Magnifici Domini RECTORIS.